totius regni Italici conventus habendi essent, in quibus reges elegerentur, consecrarentur, corona ornarentur, ad haec omnia peragenda templum hoc magnificentissimum delectum est: hic igitur diademate regio sunt insigniti Berengarius I, Berengarius II, Adalbertus, Arduinus, Henricus II; hic demum anno MCLIV Fridericus ille, cui a Rubra Barba agnomen inditum est. Templum iam antiquitus sive vetustate sive terrae motibus collapsum, saeculo fortasse XII refectum a fundamentis et renovatum est, deinde anno MCDLXXXIX iterum a Magistro Augustino instauratum. Manet nunc, priscorum illorum temporum sollemne testimonium, et a longinqua illa antiquitate tam insignia artiſicia, tot clarorum virorum opera et imagines, tam varia priscae illius pingendi aut ſingendi artis genera ad nostram usque aetatem tradit, ut merito inter praestantissimas easdemque vetustissimas sacras aedes habeatur.

Papia ciſalpine gallie ciuitas.



# VNIVERSITATIS TICINENSIS SAECVLARIA XI. CONCENTVS QVI FIT IN AEDE SANCTI MICHAELIS ARCHANGELI ADSTANTE VICTORIO EMMANVELE III ITALIAE REGE

DIE XXI. MAIJ MENSIS MCMXXV

37396

D. 475

CONCENTUM FACIUNT

# CANTORES VARESINI

MAGISTRO

## ROMEO BARTOLI

TERGESTINO

Concentum et libellum composuit Globus Gaffurianus Papiensis.

1. PETRUS ALOISIUS PRAENESTINUS [1525 (?) - 1594]. *Motetus quattuor vocibus.*

Pueri Hebraeorum portantes ramos olivarum obviaverunt Domino, clamantes et dicentes: Osanna in excelsis!

2. FRANCHINUS GAFFURIUS [1451-1522] *Ex libro Capelle Franchini Gafori in Ecclesia Maiori Mediolanensi adservato.*

*a)* Crucifixus etiam pro nobis sub Pontio Pilato passus et sepultus est. Et resurrexit tertia die, secundum Scripturam. Et ascendit in coelum: sedet ad dexteram Patris. Et iterum venturus est cuius gloriam iudicare vivos et mortuos: cuius regni non erit finis. Qui locutus est per Prophetas. Et unam sanctam Catholicam et Apostolicam Ecclesiam.

*b)* Confiteor unum baptisma in remissionem peccatorum. Et exspecto resurrectionem mortuorum et vitam venturi saeculi. Amen.

3. IOANNES CROCE (Il Chiozotto) [1557 (?) - 1609]. *Motetus quattuor vocibus.*

In monte Oliveti oravit ad Patrem: Pater, si fieri potest transeat a me calix iste: Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma. Fiat voluntas tua.

4. MARCUS ANTONIUS INGEGNERI [1545-1592] *Motetus quattuor vocibus.*

Tenebrae factae sunt dum crucifixissent Iesum Iudaei. Et circa horam nonam exclamavit Iesus voce magna: Deus meus, ut quid me dereliquisti? Et inclinato capite, emisit spiritum.

5. PETRUS ALOISIUS PRAENESTINUS. *Canticum Canticorum, quinque vocibus.*

VII

Fasciculus myrrhae dilectus meus mihi, inter ubera mea commorabitur. Botrus cypri dilectus meus mihi in vineis Engaddi.
Ecce tu pulchra es, amica mea, ecce tu pulchra es; oculi tui columbarum.

X

Vulnerasti cor meum, soror mea sponsa; vulnerasti cor meum in uno oculorum tuorum et in uno crine colli tui.
Quam pulchrae sunt mammae tuae, soror mea sponsa! Pulchriora sunt ubera tua vino, et odor unguentorum tuorum super omnia aromata.

XIV

Vox dilecti mei: ecce iste venit saliens in montibus, transiliens colles. Similis est dilectus meus capreae hinnuloque cervorum. En ipse stat post parietem nostrum respiciens per fenestras, prospiciens per cancellos. En dilectus meus loquitur mihi.

XVI

Surge, amica mea, speciosa mea, et veni, columba mea in foraminibus petrae, in caverna maceriae, ostende mihi faciem tuam, sonet vox tua in auribus meis: vox enim tua dulcis et facies tua decora.

XXIII

Quae est ista, quae progreditur quasi aurora consurgens, pulchra ut luna, electa ut sol, terribilis ut castrorum acies ordinata?

**6. FELIX ANERIUS [1560-1614].** *Te Deum quattuor vocibus.*

Te Deum laudamus. Te Dominum confitemur.
Tibi omnes Angeli: tibi coeli et universae potestates.
Sanctus Dominus Deus Sabaoth.
Te gloriosus Apostolorum chorus.
Te Martyrum candidatus laudat exercitus.
Patrem immensae maiestatis.
Sanctum quoque Paraclitum Spiritum.
Salvum fac populum tuum, Domine: et benedic hereditati tuae.

---

Lectiones, etiam si corruptae, ut in manu scriptis servantur afferuntur.



## DE SANCTI MICHAELIS TEMPLO

Cum sub Langobardorum regibus civitas Ticinensis, quae tum Papia coepta est vocari, opibus, divitiis, artibus floreret, et primaria inter Regni civitates haberetur, praeclarissima illa templa sunt condita, quorum fama longe lateque per orbem est pervagata, Sanctis Michaeli, Theodoro, Petro dicata, quod postremum, Caeli aurei nactum cognomen, cum Augustini, Boethii, Liutprandi sepulcra acceperit, a Francisco Petrarcha « devotum piumque consortium clarorum hominum » est nuncupatum. Templi Sancto Michaeli dicati iam saeculo septimo Paulus Diaconus mentionem fecit. At saeculo quoque octavo, et saeculis deinceps insequentibus, Papia urbs regia, sive, ut etiam dicebatur, altera Roma haud desiit esse et cum in ea

Allegato a D. 1175 Arch.

PAVIA
18-19
22 · IX
1924
CENTRO

ARTICOLI
PER LA
CASA
LA RINASCENTE

ILL. SIGNOR

MANARESI PROF. CESARE

ARCHIVIO DI STATO

M I L A NO

IL SINDACO DI PAVIA SI PREGIA INVITARE LA S. V. ILL. AL RICEVIMENTO CHE, IN ONORE DEI CONVENUTI AL CONGRESSO DELLE SCIENZE, AVRÀ LUOGO, NEL PALAZZO MUNICIPALE, ALLE ORE 21 DI LUNEDÌ 25 MAGGIO 1925.

Il Sindaco

VACCARI

Ill. Sig. Prof. Cesare Manaresi e Signora

Città

Invito personale.

SOC. ANON. SUCC. BRUNI MARELLI - PAVIA




# VNIVERSITATIS TICINENSIS
# SAECVLARIA XI

Die XXI Maiï Mensis, hora XVII et dimidia, cantores Varesini in Aede Sancti Michaelis Archangeli concentum ſacient. Adstabit

VICTOR EMMANVEL III
ITALIAE REX

Te rogamus ut adsis.

A. Solmi

RECTOR MAGNIFICUS

NAVATA TRASVERSALE

Ingresso: Porta laterale sulla Piazz.ta V. Azzani

XI CENTENARIO DELL'ATENEO PAVESE

XX-XXII MAGGIO MCMXXV

Refezione nel Chiostro Grande della Certosa offerta alle Delegazioni Accademiche dall' Università di Pavia.

22 Maggio 1925.

Antipasto

Pastina in brodo

Arrosto di vitello e di bue, pollo con gelatina

Insalata russa

Fragole con Marsala e crema

Caffè

" Gra = Car „

Vini: Bianco secco = Grignolino da pasto = Barolo

Prosit

H. Tahsin, de Constantinople

Silografie del " Missale secundum ordinem Cartusiensium impressum in Cartusia Papiae Monachorum cura, 1561, die vigesimo octavo Septembris ,,.

Fornitore della refezione
G. Caselli dell' Albergo
dei Tre Gigli di Pavia.